





21.

DE

NATVRA ET MORBIS  
SALIVAE  
EIVSQVE NECESSARIA EXCRETIONE  
RITE PROMOVENDA.

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSENSV  
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE  
VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
DOMINO

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.

ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL. NEC NON REGIAR.  
BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALI,

PRO

G R A D V D O C T O R I S  
SOLENNITER CONSEQVENDO

DIE XXIII. IVLII CIJ CCC LXIII.  
PVBLICE DISPVTABIT

AVCTOR

CAROLVS LEBRECHT SCHEFFLERVS  
GELENAV. MISNICVS.

HALAE AD SALAM AERE BEYERIANO.

NATURA ET MORBIS  
SALVIAE  
EISQVE NECESARIÆ EXCRETIONE  
RITUS PRIMORDIUM

GRATIOSI MEDICARVM ORDINIS CONSILIA  
IN Natura TRIDECIMINA

PRO PLANTIS ECOLOGISMO ET INGENUO  
DOMINO

D. PHILIPPO ADOLPHO BOHEMIERO

MED. NAT. ET CHIRURG. P. R. ONGINER  
ACAD. CESSAR. MEL. CLAS. TITULAR. PROFESSOR MED. NON REGER.  
PROF. SCIENT. ET PRACT. CHIRURG. ZODVEL.

GRADU DOCTORIS  
SOTERNICIS CONSECRANDO

PLATEA DILEXANT. DE GENEVA

PLATEA DILEXANT. DE GENEVA

AVATOR

CAROLAS LIBRECHT SCHELLEERS

GERMAN. MINICAE

HAIKE VO SALMA. VERA BRYNNAE

VIRO  
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO,  
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,  
DOMINO  
ANTON RIDIGERO  
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI  
CELEBERRIMO, CHEMIAE IN ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORI  
PVBLICO ORDINARIO,  
FAVTORI ATQVE PRAECEPTORI SVO  
AD CINERES VSQVE DEVENERANDO.

EVATORI ATOME PREFECTIONI SVA

AD CINERES ASGAE DEATNERANDO.

AIRIO  
EXCELENTISSIMO, EXPERIMENTISSIMO,  
AMPITISSIMO, DOCTISSIMO  
DOMINO  
ANTON RIDIGERIO  
PHILOSOPHIE ET MEDICINAE DOCTORI  
CELEBERRIMO, CHEMISTE IN ACADEMIIS IPSIENSI, LORASSORI  
PARCO, ORDINARIO

**VIR**  
**EXCELLENTISSIME, EXPERIENTISSIME,**  
**AMPLISSIME, DOCTISSIME**  
**PATRONE ET PRAECEPTOR**  
**OMNI PIETATE COLENDE.**

**C**um tanta TVORVM in me beneficiorum est magnitudo, vt nulla maior esse possit; omnino vereor ne ingratus, ideoque TVIS beneficiis, quibus me tam large exornare TIBI placuit, plane indignus videar, nisi publica quoque pietatis meae erga TE documenta exhiberem. Quo maiori itaque iure nihil turpius esse ingrato homine omnes affirmant, eo maiori flagraui cupiditate atque optaui, vt secunda fortuna opportunam mihi praeberet occasionem, meam erga TE summam, vt par est, declarandi et demonstrandi obseruantiam. Cum igitur verba ad gratum erga TE animum meum exprimendum satis apta

**A 3** CAROLVS FERRERIUS SCHOTTERIUS

me

me fugiunt; primitias laborum meorum tanquam  
fructus solidioris TVAE doctrinae, quas TIBI, optime  
praeceptor, offero et quasi reddo, beneuole accipias  
etiam atque etiam rogo. Omnium felicissimum me  
existimarem, si tantae TVAE benevolentiae, hoc amo-  
ris erga me TVI testimonium adhuc adderes et sic  
fauorem TVVM erga me omnibus absoluere numeris.  
Benevolentia certe TVA ita spem meam alit, vt plane  
non verear, ne in malam interpreteris partem, auda-  
ciam, qua libellum meum celeberrimo TWO Nomine  
exornare conor. Summum Numen TE per longam  
annorum seriem saluum et incolumem seruet, vt lon-  
ge adhuc dulce sis aegrotis solatium, deliciae auditio-  
rum TVORVM, fulcrum, decus, et ornamentum scien-  
tiarum. Valeas TWOQVE in posterum, sin mereor,  
fauore atque benevolentia exornare velis

## NOMINIS TVI

HALAE AD SALAM,

DIE XXIII. IUL. CL CLXIII.

OBSERVANTISSIMUM CVTOREM  
CAROLVM LEBRECHT SCHEFFLERVM.

# NATVRA ET MORBIS SALIVAE EIVSQUE NECESSARIA EXCRETIONE RITE PROMOVENDA.



nter tot & tam varias veritates, quae mihi in arte salutari occurserunt, cum materiam quandam exercitationis academicae eligendi propositum esset, placuerunt mihi in primis illae, quae de Saliua exponunt. In doctrina autem de saliuia non sufficit scire huius originem, secretionem atque indolem, sed etiam nosse debemus morbos eorumque auxilia, imo & rectam tenere rationem, qua adficari eadem conueniat. Hinc omnia ea, quantum potero, inquiram & primum, de indole & modo secretionis huius humoris dicam. Etenim si indoles saliuiae partesque eius constitutiue recte indagentur, multo faciliori opera etiam in aliis naturae regnis mixtiones comprehendere poterimus, quae naturae liquoris salivalis exploratae respondent, & vires adeo saliuiae vel deperditas vel depravatas partim restaurare, partim emendare valent. At enim vero cum meas vires ad propositum hoc exequendum non ubique sufficere sentiam, non dubito simus ea in auxilium vocare quae ab *Excellentissimo RIDIGERO*, Praeceptore meo, cui maximam sane partem studiorum meorum debeo, percipi.

## §. II.

### *De origine & secretione saliuiae.*

In variis glandulis, variis praeparantur liquores, quorum singuli proprias sibi vires, usumque habent praecipuum. Aliae enim glandulae ad ipsam

nu-

nutritionem aliquid conferre videntur, aliae glandulae mucum secernunt, & hic folliculosarum glandularum humor, in hunc quoque finem adesse iudicatur, ne partes solidae impulsu aut tactu nimis afficiantur, & attritu quodam laedantur. Aliae glandulae salivam produnt. Placuit ideo Anatomicis, varia glandularum genera constituere & in classes redigere, nomine peculiari insigne, & Physiologis occasionem harum glandularum usum definiendi praebere. In ipsa vero glandularum descriptione doctissimi viri non consentiunt, variisque modis eas definiunt, atque distinguunt. Tanta tamen dissensio inter eos, in constitudo earum usi physiologico generali, non esse videtur. Glandulas vero plerumque diuidere solent in simplices, & compositas, & medias quasi inter eas. Piores etiam sub nomine congregatarum, & conglomeratarum, mediae vero sub nomine folliculosarum, cognitae sunt. His multo minores glandulae conspicuntur, quae ob usum suum & secretionem cryptae mucosae dicuntur, quarum vero glandularum, & muci iisdem contenti singularitates non ubique indicantur. Secernitur vero saliva in glandulis conglomeratis, a sanguine arterioso, qui ad eas glandulas adfluit, in usque salivam gignit. Admodum etiam probabile est, fluidi nerui partem in secretione salivaee simul ipsi admisceri, quia nerui acustici ramuli, & quidem portionis durae, pluribus in viis ad has glandulas profiscuntur, id quod etiam Physiologi probant, atque ex ipsa experientia in saliva illustrant. Praecipua vero glandula in qua secernitur saliva, dicitur parotis, quae ex minoribus glandulis composita est, quarum diversi ductuli in communem ductum, ab inuentore, Stenonianum dictum, descendunt, qui ductus stenonianus perforans musculum buccinatorem in cavitate oris progressum absolvit. Ab actione vero muscularum glandula ista premitur, & ista compressione saliva propellitur. Sunt tamen aliae glandulae, in quibus salivaee liquidum magis compositum secernitur, de quibus omnibus expondere mearum partum non est.

## §. III.

*De indole salivaee.*

Progedior potius ad indolem, & particulas salivaee constituentes recte definendas. Sine chemicae artis notitia, neque in cognitione rerum physica-  
rum

rum; neque earum, ad medicinam pertinentium nobis via ad veritatem patet, quia chemicorum industria partes ipsas constitutivas atque essentiales corporum, ita ante oculos ponit, ut eas, cum aliis rebus, quarum partes etiam per labores chemicos exquisitae sunt, bene comparare, alii per aliud succurrere, viresque per similes in alia re inuentas vires vel augere, vel imminuere possimus. Non dubitamus adeo, quin etiam labores chemici in exponenda saliuæ indole adhiberi debeant, ut partes istius constitutiuae, viresque ita nobis fiant cognitae, ut viribus similibus, in aliis rebus inuentis facultatibus, feliciter possimus succurrere. Ipsam vero saliuam definimus, quod sit humor saponaceæ indolis, pellucidus, insipidus, & inodorus. Ipsæ particulae saliuam constituentes, iure meritoque particulae omnium elementorum vocari possunt, nam vires terrarum, saliuæ, aquæ, ignis, & aëris facili negotio in iis ostenduntur. Quod aër saliuæ insit, exinde probatur, si saliuæ sub antlia pneumatica ponitur, cuius ope, si aëre vacuum factum est, soluitur saliuæ in vesiculos, quae ruptæ aërem statim emittunt. Saliuæ vero etiam sale gaudere, expertus est *Verheyen*, qui exhalationis ope sal relictum in saliuæ confixit. Irritus frigoris in saliuam impetus, materiae ignis elementaris praesentiam in saliuæ satis declarat, quia conge-  
lationem non admittit, sed fluiditatem suam saliuam conseruat. Aquæ præsen-  
tia satis ante oculos posita est in saliuæ, quæ vero tam agilis naturæ esse vide-  
tur, ut in aliis fluidis rebus vix aquam tantæ subtilitatis inuenias. Particulis  
igneſcentiſ principiū liquidissimiſ abundat, adeoque ſine ſulphureo ſale, aqua &  
elementari igne eſſe nequit, qua propter ſingulari nomine, ignis aquæ, inſigni-  
ri ſoleat. Crassioris terraे parciōr, aſt tenerioris volatiliſ terraē ſaliſ marini ſaliu-  
ali humore continetur mediocris copia, vnde eius in tenacioribus pinguibus, &  
terrefribus, viſcidis glutinosis diſſoluendis mira efficaciaſ apparet. Omnia  
haec principia in saliuæ conſtituunt ſaponaceum principium verum, non quidem  
ſaponaceum ſolum, ſed potius viſcoſo ſaponaceum, quia terreæ partes teneriores  
cum aqua, aëre, & inflammatib⁹ re compositæ eiusmodi viſcoſo ſaponaceum hu-  
morem conficiunt. Huic vero non obſtar, quod saliuæ, ut dicitur, non ſapiat.  
Sapor enim dependet a ſale acido magis explicato; hoc autem quamvis in saliuæ  
præfens ſit, viſcoſis tamen partibus valde inuolutum eſt, quo ſenſus tam gra-

uiter affici posse prohibetur. Tanta itaque potestatum in saliuia est multitudo, ut exinde menstruum vniuersale hunc liquorem dici meferi, eluceat, quia in omnibus generibus alimentorum solutionem praefat, eo quidem modo, ut facile ea in animalem indolem mutari possint. Solutis enim per eam, subtilissimis & perfectissimis alimentorum viribus, iis praecipue, quae propter subtilitatem ac celeritatem in actione et effectu vires, ignis et luminis dicuntur, harum postea virium in indolem animalem transitus esse solet valde expeditus propter similes mixtionum dimensiones. Hae, luminis vires, physicis et chemicis philosophis dictae; in muco saliuiae, qui in glandulis sublingualibus folliculosis feceruntur, positae satis magnae sunt. Hinc in saliuia sal vniuersale tenerrimum, aut salsum esse mercuriale, non sine ratione assumitur, quoniam et sulphureum, ut plurimum minori copia, et antisepticum, maiore quantitate in saliuia obseruatur salis principium, quod vtrumque compositum sal vniuersale constituit, non solum attrahendo et cogendo subtilia, sed quoque dissoluendo crassa atque tenacia, agens. Tantis itaque perfectionibus, tamque multis in saliuiali humore bene cognitis physiologi chemici intelligent, vitam animalem absente saliuia et praecipue isto sale vniuersali deficiente, perdurare diutius non posse.

## §. IV.

*De usu saliuiae.*

Exposita saliuiae indole ad eius usum accedimus. Magnum sane et diversum saliuiae usum esse nemo facile negabit, qui indolem tantummodo eius bene perspectam habet. Quamquam ipsa saliuia sine sapore est, istius ramen ope cibi et potus gustum accipimus, eiusque auxilio iucundum ab iniucundo distinguimus, quod quidem salis essentialis solutione fieri, ad perspicendum facile est. Solutionem saliuia praefat, dum in corpora penetrat, partesque nobilissimas actuosas ab inertibus et renacibus separat, et separata subtilia magna copia in moles minores cogit. Augetur penetratio saliuiae a saponacea vi, quae, chemica experientia teste quam facillime minora corporum interstitia subit, hinc assumpta non solum manducando mechanice soluuntur, sed quoque physice et chemice aucta nobiliore illorum virtute separantur, penitus dissoluta. Ut vero saliu-

ua

ua ad hoc perficiendum certum temporis spatium acquirat, et in corpora eo faciliter abire possit, dentes et lingua corpora concuriunt, et disgregationem particularum mechanice iuvant et faciunt. Quo facto saliuia ope deglutitionis simul cum aliamentis per oesophagum in ventriculum descendit, ibique cum liquore gastrico indolis animalis assimilia reddit manducata alimenta. His tandem quoque accedit, saliuae visus secundarius quidam, dum palatum, si forte siccum est, ubi cum mucoso humore componitur, lubricum reddit, atque vias praeparat, vt cibi eo melius sine impedimento niti deorsum cogantur.

## §. V.

*De peculiari quoddam saliuae effectu.*

Postquam itaque de visu saliuae exposuimus, peculiare quoddam phaenomenon saliuae in mutandis corporibus efficacitatem summam ostendens, enarrabimus. Saliuia corrupta, et a natura sua quasi discedens, si extra corpus suum consideratur, et in aliud corpus translata est, varios et mirabiles sane effectus prodit. Aegroti animalis saliuia, simulac aliud animal afficit, eundem in eo morbum saepius prodicit; sic in rabie canina animalis aegrotantis saliuia eundem morbum transferre solet in eum, qui ista fuit contactus, quam ob causam ipsa eiusmodi animalis venenum dici potest. Ira praecipue animalis tantum valeret ut saliuia facile possit mutari in venenum, in cuius multiplicante & assimulante virtute explicanda, viri docti valde dissentunt; ast vero principium ignescens cum terra salis marini volatili compositum, quod aqueo saliuae latice occultatur, magis quam fieri per naturam debet, in hoc affectu actuosum redditum, cum rapidissima vi sui simile trahit, et delineantes corrupti luminis potestates communicat, hinc venenosa, hinc ita dicta deleteria vis est! Sic rerum naturalium vita est comparata, vt, licet in se spectata sit bona, atque ad maiorem semper perfectionem tendens, semel tamen ab aequilibritatis lege recedens, non nisi caussas destruentis motus euoluat, & deleterias suas vires continuo augear.

## §. VI.

*De morbis Saliuae.*

Optimum itaque est rem bonam atque utilem, si frugiferae naturae partem amiserit, reuocare, quantum fieri potest, in suae integratatis et perfectio-

nis statum, atque tali modo in saliuia corrighenda nobis omnino procedendum est, cuius usum et omnibus numeris absolutam indolem exposuimus. Si saliuia malignam induerit naturam, id quod non nunquam solet accidere, ipsi restituere pristinam indolem debemus, morbisque humorem liberare, atque ita mutare, ut munere suo defungi queat. Vario vero miasmatre saliuia inficitur, unde morbi originem habent. In omnibus enim morbis vel defectus, vel excessus virium nonnullarum esse solet, quo ipso sententia illorum confirmatur, qui omnis morbi caussam cum considerata nisuim acqulibilitate, simul esse affirmant, atque omnino, si nullius partibus nos addicere velimus, morbus cum omnium virium aequilibrio vix cogitari potest. Nam si fluida et solida, quae corpus nostrum constituant in sua aequilibitate vigent, animal in statu naturali et sano versatur. Terrestrium particularum nimia copia conficit spissitudinem, quam vero si tollere velis, in eo elaborabis ut restitutas foluentes vires perditas, adeoque nimiam imminutas particularum terrestrium copiam. Eadem ratione se habet saliuia, si huius quaedam particulae constitutiae vel abundant aut copia minuantur et maximam partem deficiunt, tunc morbo laborat saliuia. Causam vero inquiras necesse est, quae tantam in saliuia producere potuit mutationem. Si caussae istius magnitudo omnes nostros labores et remedia quae conditionem iuvant superaret, ita, ut omnibus bene adhibitis materia peccans suam saliuam corrumperi potestarem nihilo secius obtineret, ipsam saliuam excernendam esse, existimamus. Non omnes tamen morbi saliuiae eiusdem exigunt ptyalismum, quia morbi caussa in alio humore latens viribus suis non semper nostris maior est, ideoque auxiliis boni a malo separationem iuvantibus cedit.

## §. VII.

*De noxibus corruptae saliuiae.*

Saliuam, si corrupta est, ad digerenda et soluenda alimenta, ineptam esse, facile intelligitur. Effectus a saliuia corrupta orti non solum in primis viis a medico obseruantur, dum cruditates in iis relictas esse colligit, sed etiam primarum viarum cacochymiam ad secundas facile transire perspicit. Liquores etiam plures intra alimentorum canalem ad digestionem conferant, sine saliuia ramentum

ramen ad digestionem omni ex parte absoluendam neutiquam sufficiunt. Hinc vbi labes in saliuia est, haec reliquis digerendi vi praeditis humoribus, se immiscet et chymum aequa ac chylum corrumpit.

## §. VIII.

*De lentore, morbo in saliuia.*

Mobilitas in forma fluida, quae maxima ex parte omnis humoris naturam constituit, in saliuia deficere potest, ita, vt lensor in ea oriatur. Si saliuae particulae aquosae et tenuiores saponaceae deficiunt, et vniuersale sal in saliuia desideratur, tunc tenax viscidum parietibus ductum saliuialium applicatur. Causa huius morbi itaque consistit in defectu istius principii quod mobiles et fluidas conseruare debet partes, et quod Salis vitalis mercurialis nomine insignire licet. Principium enim vitale, seu Sal illud duplicitis generis, si vna cum aqua dissipatur, terrea pars magis augetur, aqua et terra solum cum pauca re inflammabili admixta, et sale terrestri tenax saponaceum fistunt. Hunc itaque in saliuia ortum lentorem ante omnia debemus considerare, et per aptiora remedia illum mutatum, enacuare. Remedia quae recondunt principia mixtionibus saliuia contentis similia ad partes glandulosas augere adfluxum debent, quo facto lensus et tenax humor mobilior redditur, et sensim paulatimque excernitur. Quod, si vero a medico non fieri solet, varia ex lentore gignuntur incommoda, quorum non nulla enarrare non superfluum erit. Primum obstrunctiones in minimis vasculis glandulas tegentibus nascuntur, deinde facile solet oriri scirrus, exulcerationes glandularum fiunt, ipsa saliuae corruptio augetur, et peruersa istius secretio continuatur. Tandem alimentorum digestio, chymificatio, chylificatio ipsaque sanguificatio, et ex ea omnium reliquorum humorum secretio laeditur. Vides exinde saliuae lentorem ad sanguinem usque et omnes ab hoc Secretos humores productum.

## §. IX.

*De lentore muci.*

Saliuae si deficit fluiditas, illius spissitudo muco in glandulis buccalibus et sublingualibus facile solet communicari. Ad istius excretionem accelerandam

exquiramus mixtione humoris saliuallis similia remedia. In muco vero sunt vires, quae ad assimilationem alimentorum praestandam sunt necessariae; nam vitam alens spiritus quasi irretitus muco aetuosum principium soluit in alimentis, fluiditatis itaque defectus in muco vim eius impedit, quo minus subtiliores alimentorum particulas extrahere et in usum animalis convertere queat. Certam hanc vim muci cum saliuali humore compositi physiologi chemici probant, quia folliculosarum glandularum humor vires non solum saliualis, sed quoque gastrici liquoris cogit, et non solum valentiores sed omnino quoque agiliores reddit, vel in collectis saliuae viribus, et quasi in unum corpus coactis, agilem nihilo secundum indolem conseruat. Vim iraque suam, muco si deest, restituamus per ea remedia, quae vim ipsi similem occultant, ipsique facilis negotio communicant, atque ea, quae vires atque elementa lentori contraria suppeditant, et per istas lentori contrarias vires nisum in spissioribus versus Centrum mutant, imo maximam partem cuerunt. De quibus omnibus mox pluribus exponamus.

## §. X.

*De acrimonia, morbo in saliuo.*

Alius saliuae morbus est acrimonia. Vti varia est acrimonia, sic etiam varia ratione corporis humoribus se insinuat. Diuersa acrimoniae natura ex diversis eiusdem cognoscitur effectibus. Iam vero de ea, quae in genere dicenda sunt, inquiramus. Variam vero hanc suam naturam accipere solet a variis subiectis, in quibus enascitur. In nonnullis est acida, in aliis amoniacalis, in aliis muriatica, rancido oleosa, cuius vera diuersitas et in natura ipsa, et in effectu simul posita esse videtur. Haec acrimonia quae plerunque in sanguine et exinde in reliquis humoribus pro diuersitate subiectorum diuersam habet naturam, eandem simul transferre solet in saliuam. Diuersis igitur acrimoniae generibus diuersa etiam opponamus remedia necesse est. In ea acrimonia expellenda, ea tantummodo adhibenda erunt remedia, quae ipsi euacuanda respondent.

## §. XI.

*Signa quaedam morborum saliuae.*

Vt vero medicus secura incedere possit via ad tollendum morbum quemdam, signa morbi istius, quem expugnare audet, bene sibi cognita habeat, quae etiam

etiam morborum signa in saliuia explicare placet. Ex sensu gustus saliuiae morbi optime cognoscuntur, cum per se saliuia insipida est, et tamen homo saporem quandam in ea sentit, particulae eae, quae faciunt saporem sine dubitatione sunt ipsae caussae morbi quo laborat saliuia. Si aegrotus acidum saporem sentit, acida in saliuia peccat acrimonia; si putridus sapor adest, amoniacalis atque sulphurca acrimonia in ea est, quod etiam non raro animaduertitur in malo sic dicto venereo. Haec signa modum in elegendis remediis medicos docent, ut vera antisepтика saliuam corringtonia, quae materiam aut alterant, aut simul cum saliuia deducunt, et ad colatorium materiam deruant, inueniant. Praecipue hoc loco mercurialia a medicis laudantur, quae caussae simul opposita sunt. Alia est acrimoniae muriatica ratio, cuius caussa recte perspecta et ad hanc curandam in promptu esse auxilia medicus comprehendit. Non raro una tantum acrimonia peccat, sed mixta saepe acrimoniarum genera conueniunt, quae non solum ex composito sapore sed etiam ex aliis symptomatibus cognoscuntur. Sic in siphilide acrimonia muriatica et putrida simul peccat, quae aegrum magis excruciat et vires deprauat. Haec, quamvis duplicitis generis sit non nisi unam, tamen inertiae oppositam indicationem formare iubet, vitalis enim solidarum partium elasticitas, et fluidarum cum actuosa vi coniuncta mobilitas ex parte statim esse desinit, si oppositae sibi inuicem acrimoniae spiritum in saliuia vitam alentem destruunt. Ad compositam hancce cacochymiam vero augendam alia vitia in humoribus et primis viis porro accedunt, spirituosa cum acido rodente coniuncta acrimonia enim in nerois paris vagi, et interioistalis plexus dum agit, grauissima saepe symptomata concitat, quorum Causae proximae ut tempestive obuiam eamus necesse est veris remediis. In spirituosa hinc orta fermentatione non solum spasmi vehementiores sed quoque partium debilitates, et summi earundem languores eneunt. Saliua, cum ex parte quadam ad fermentationem fouendam, dispositus omnino humor sit, intestini talis motus vires inter primarum viarum canalem auertas sustinet atque multiplicat; auxiliorum igitur selectu opus est, ut huic fermento obicem ponere et sanitati aegrotantis protinus consulere queamus.

## §. XII.

*Morbi concomitantes.*

Antecedentibus caussis alia adhuc feri et lymphae vitia accedunt, obstrunctiones porro glandularum, quibus vlcera procreantur morborum feriem novam progignunt. In obstructionibus lympha elaborari non potest, blandus enim intestinus motus, vitalis solidorum elasticitas, et vera desideratur humorum mobilitas. Si lympha corrupta stagnat, acrimonia saepe oritur, qua partes eroduntur, et impura vulnera enascuntur. Serum etiam in tenax viscidum coagulum abire solet, quod remedia exigit, quae glutinosum et pingue viscidum soluunt, hinc sialagogia, mercurialia pro veris indicatis merito habentur. Corruptionis lymphae, acrimoniae compositae indicium nobis paeber inflamatio circa partes glandulosas, tonsillas, circa parres generationi dicatas, quae in miasmate venereo dicto obseruatur. Lympha acrimonia scatens pro diuersitate gradus repentinus edit effectus, erosiones enim sequuntur saepe vehementem inflammationem, et partes subiectas atque vicinas corrumpunt; si igitur non tanta in solidis laxitas est, si maxima glutinosi et putridi viscidii copia vrget; saliuatio recte instituitur. Nam materia, si adeo maligna est, humores una cum illa euacuare expedit, si tam magna copia per externas occasiones corpori cacochymico miasma applicatum fuit, si robur in solidis valet, instrumento soluente et expellente opus est.

## §. XIII.

*De remedii ob indolem in saliuam agentibus.*

His adeo de indole et morbis salivae praeuisis, animus est quaedam examinare auxilia, quae dicuntur ob effectum Sialagoga, et quae praecipue in morbis salivae usurpantur. Indolem horum remediorum inquire conabor, et verum usum et effectum in corpora oftendam, methodum simul applicandi remedia salivantia, vniuersum exponam. Indaganda vero antea mihi peculiaria auxilia sunt, quorum naturam altius rimari decet. Inter remedia salivae fluxum accelerantia multa numerantur, quorum agendi ratio valde a se inuicem distat.

Alia

Alia celeri modo stimulum efficiunt, alia dies et quod excurrit, requirunt, pritusquam virium suarum effectum exserant. Inter priora eminent aromata aliaeque plantae, herba nicotiana, quarum indolem ex chemicis perfecte cognoscimus. Herba nicotiana commune quidem est sialagogum, sed a multis in abusum trahitur, licet virium efficacitate neutriquam destruatur, nulla tamen vis ipsi relinquitur, si vires non ut decet resoluuntur, et quotidie applicentur. Continet haec herba falsum quoddam et antacidum principium, quod magna in copia in ea animaduertitur, simul multas inflammabiles viscosas partes alit cum terra salis marini et antacida, ex harum coniubio quoddam partim anodynum partim epispasticum principium oritur, quod non solum putredini, sed quoque fermentationi, acido et viscido est oppositum. Acre quoque ex sibi inuicem admixtis huius herbae principiis saponaceum oritur, quod non solum faliuiales ductus, sed quoque muci receptacula irritat. Hunc vero stimulum in solidas partes non solum exerit, sed quoque pingue viscidum, veram lentoris cauissam soluit, acrimoniae acidae lymphae ob terruum principium antacidum, quod in hac herba magna copia deprehenditur, resistit, et glutinosa putrida quoque mobilia reddit. Multi igitur recte laudant in aeris salubrioris defecitu, inertia quadam spiritus elastici orto, herbae nicotianae usum; vbi enim in peste miasma acre rodens atque simul putridum cum viscido lentore peccat, frugiferum huius herbae usum esse sentio. In aliis etiam morbis a viscido lentore et acrimonia varia originem ducentibus, e. g. in febribus intermittentibus ab auctoribus laudatur, a *Rensstroem Act. Ac. Suec. 1754. p. 80.* Hoc est itaque remedium sialagogum, sed deplorandum est quam maxime, quod abusus eius sit tam magnus, qui, si tantus non esset, omnes virtutes eas proderet, quae ob usum continuum vero inertes factae videntur. Aluum mouere ob principia sua non solum, sed *α'νο ωτι ωτω* quoque agere solet. In aliis morbis, ut in angina catharrosa, vbi viscidum in faucibus sedem suam haber, sola mastificatio foliorum praestabilis virtutis auxilium est, dum efficit, ut viscidum resoluatur et deriuetur, sed quia non ad rem pertinet, omittam, et de aliis etiam faliuam propellentibus corporum facultatibus dicam. Aromata, in pec-

cante acido et putrido tanquam leniora sialagogae in usum veniunt; sola masticatione sentimus effectum, vbi particulae non solum applicantur salivae, sed etiam singularem mutationem in ea progignunt. Masticatio mastichis in nimia resolutione, laxitate, & putredine tanquam sialagogum laudatur. Penetrans omnino est remedium quod simul roborat gingivam, hinc a multis de meliori nota commendatur. Sed medicus non tantum ad effectum salivationis respiciens, in aliis morbis remedia haec adhibere nequit, licet enim salivam allicit, tamen alio simul resistere malo sufficienter vix possunt. Porro in paralyse linguae radix pyrethri masticando utilis est, vbi lento peccat; nam ob suum ignescens principium & resinosum, quod valde penetrabile est, soluit et stimulat. Essent adhuc aliae plantae, quae hoc loco nominari possint, ob vires in lympham agentes, sed omnes enarrare superfluum foret. Hinc de aliis & quidem ex regno minerali dicam.

#### §. XIV.

##### *De mercurio tanquam Sialagogo.*

Inter Sialagogae eminent quam plurimum mercurialia, quae a me in hac consideratione explicari debent. Indolem, verum usum, & tunc rectam applicandi methodum conuenienter definiam. Mercurius itaque qui inter substantias metallicas numeratur per se, vbi grauitate specifica agere debet, raro applicatur, nisi in morbo ileo dicto, & intestinorum conuoluulo. Sed in aliis morbis semper in praeparatis adhibetur. Est vero mercurius per se grauis in substantia, quae grauitas a densitate particularum centrum versus nitentium dependet. Vis terrarum magna est in mercurio, & quia terrae proprium est ad centrum niti, hic ipse nitus essentiam grauitatis absoluuit. Omni ratione hinc inde videmus terreis valde confertis particulis mercurium suam debere grauitatem. Sed ira terra in mercurio est comparata, ut ratione intimae mixtionis diversa sit, nam terra esse potest varia, antacida, & terra salis marini, quae tamen certo respectu non differunt, licet sit differentia, quia aliquid simile & dissimile in ytraque terra deprehenditur. Examinemus nunc terram mercuriale

rialem de qua sermo est, quae omnes alias vires quasi in vnum centrum seu focum colligit, vt inde specifica oriatur granitas. Indolem vero huius terrae non solum ex chemicis cognoscimus, sed etiam ex effectu, qui nobis quotidie conspicuus est. Terra mercurialis ob indolem suam putredini resistit, hinc videamus magis terram salis marini esse; Nam partes mercurii subtiliores figurant teneriore terra, quae multas inflammabiles partes habet, & ex coniunctione reliquarum, ipsam mercurialem sistit. Haec terra in viribus suis magni est momenti, sed praeter illam mercurius etiam alia principia habet, quae omnia a chemicis sunt drecta. Nam in mercurio etiam sal animaduertitur, quod verum acido-salsum sal est, & semper cum terra coniunctum appetit. Est sal e regno catholico & quasi mercurii sulphur, quod ex parte volatile ex parte fixum est, ex vitroque quoque compositum, mira ratione penetrans. In hoc sale igneum principium subtilissimum halituosum habitat, quod valde concentratum est & omnino fluidam formam mercurio conciliat, sine quo liquidissimo aethere mercurius fluidus esse desineret. Talis ignis in mercurio delitescit, quo subtilior & efficacior in tota natura ostendi nequit. Haec ignis elementaris materia in sale mercurificante semiuolatili quiescit, quod totius mercurii essentiam conficit. Hinc quilibet facile intelligit, mercurium magnos & solitaires edere posse effectus, modo recte applicetur in causa cui obniti valet, & in subiecto quod ad eum secure recipiendum aptum esse putatur. Nam ob particulas suas in lympham ager, & quam maxime in saliuam, cuius rei rationem multi explicare volunt. Est vero specifica vis in lympham agens in mercurio, eam ob causam quia similitudinem cum ipsa lympha habet. Hoc non solum ex chemicis, sed etiam clinicis discimus experientiis. Easdem particulas in saliuā constitutivas videmus, quas in mercurio non quidem geminas, ast tamen similes probare possumus. Primo in saliuā salsum principium intenuitur (quod facile nemo negabit) quod soluentes & fixum volatile reddentes vires possidet. Hoc ex ipso effectu saliuae videmus, quia saliuā maximam vim in soluendis & separandis mobilioribus alimentorum paribus habet. Mercurius vero simili salso gaudet, quod soluentem virtutem possideret, licet ex parte differat, quia mercurii

falsum magis rodens et arsenicale est, quod in saliuia tanta in copia non animaduertitur. Sunt etiam aliae vires saliuiae & lymphae quae similitudinem cum mercurio habent. Nam saliuia multum inflammabile habet, quod valde penetrabile est; hoc omnino etiam in mercurio animaduertitur. Ab effectu porro concludimus, saliuam resistere putredini, quam efficaciam quoque mercurius habet, qua propter vim agentem mercurii in saliualem latitatem ex his videmus, quia similes virtutes cum ea habet. Nam semper in rerum natura videmus omne simile nisi in simile, quia ita benignissime voluit creator ut in se inuicem nitentes potestates, se inuicem perficiant. Licet vero similitudo inter mercurium et saliuam magna sit; alia ex parte tamen etiam dissimilitudo deprehenditur, & haec quidem in ipso principio falso quiescit, id quod iam commemoratum fuit, qua propter tunc actio melior euadit, si saliuialis humor viscidus glutinosus est, cui acre sal igneum mercurii, sal esentiali saliuae, quamvis blando, nihilominus tamen simile, recte opponitur.

### §. XV.

#### *Qua ratione mercurius excretionem iuuet.*

Qua vero ratione mercurius saliuae excretionem faciliter, paucis iam illustrare conabor. Excretiones, quae in corpore humano eueniunt diuersae sunt, et diuersas causas pro graduum ratione habent. Sic diaphoresis aliud, diuresis quoque singularem requirit motum, & sic etiam saliuae profluuium. Sed in omnibus excretionibus motus intestinus necessarius est, qui tamen gradu differt. Motus intestinus qui semper motus a centro ad peripheriam est, varios habet gradus. Si valde auctus iste motus est, diaphoresis euenire potest, & humores maiori in copia ad vaia capillaria deducuntur. Nam in hoc motu diaphoresi fauente inflammabiles partes fortius agunt & illae, quo fortiores sunt in actu, eo maiores sunt per cutem excretiones. Si vero motus intestinus mitior est, ira vnitur a centro ad peripheriam valde temperatus sit, alia excretio acceleratur.

tur, destillatio scilicet narium, & fere in hoc gradu quoque motus constitit ad saluationem requisitus. Sali igitur mercuriali haec vis ineſt ut penetrat, vt tollat tenaces humorum partes, vt spasmos a rigore in solidis natos mutet; est enim ex fixo volatile, & ex volatili stabile factum mercuriale sal, cuius auxilio mercurius mirificas actiones praefstat. Motus intestinus in liquore saluiali est necessarius, quia sine illo excretio per saluationem succedere nequit. Talis vero motus intestini gradus esto, vt nec sanguis nimis rarefiat, nec expansiūs motus imminutus valde sit, alias enim saluatio cessat. Transpiratione per cutem ita aucta, vt sudor in conspectum veniat, humores in circulo vasorum lymphaticorum aequabiliter non circumferuntur, sed ad peripheriam corporis maiori in copia ducuntur, & hac ratione fluxus saluiae esse definit. E contrario quoque si externum frigus vasā minora stringit in habitu curaneo et respirationis organis, saluatio similes ob caußas impeditur, vnde repentinae et variae sanitati esse solent noxae. Ut itaque iam languens motus intestinus liberior redeat, & multum auctus imminuat, & vt semper respiratio aequalis temperata conferuetur, saluationis regimen exigit. Ad hoc vero benefaciendum ex fonte pharmaceutico & diaeteretico auxilia erunt repetenda, quibus recte adhibitis bonam de se spem aegrotus souere potest.

### §. XVI.

#### *De usu mercurii eiusque in corpus actione.*

Regimine diaeteretico bono seruato, & indicatione recte formata, omni jure expectat medicus salutares in corpore aegroto effectus. Mercurius viscidum putridum lentorem mutat, solidarum partium rigorem imminuit, & lymphae virtus per varia colatoria eliminat. Videmus exinde genuinum mercurii usum, qui non in omni acrimonia & corruptione lymphae neque semper pro scopo saluationis adhibendus est. Nam si illam in usum vocamus, caußam & idiosyncrasiam consideremus necesse est, & an corpus vel laxum, vel rigidum sit, illi vel non, vel in parca dosi propin-

tur, quia ipsas partes solidas debilitat, huic vero rigido corpori magis conuenit. Respiciendum itaque nobis semper est ad corpus, quod a malo quadam liberare suscipimus, si huic auxiliis nostris detrimentum inferre nolumus. In rigidis fibris tenax & pingue gluten mercurius dissoluit, adeoque multo mobiliores easdem reddit. Tali modo etiam mercurius in aliis morbis usum suum habet, sic in amaurosi prodest, si obstructio nerui acustici non a laxitate sed a rigore & spasco et tenaci lymphae lenatore originem trahit. Si quis igitur mercurium in laxitatem & muriaticam lymphae acrimoniam adhibere veller, amaurosin angere & maiorem coecitatem inducere posset. De usu vero plura dicere in aliis morbis ad hanc tractationem non pertinet. Optime vero de hac re differuit: Illustris STAHLIVS in dissertatione, *de salivatione mercuriali praeter iuem venereum aliis morbis rebellibus extirpandis.*

## §. XVII.

*De praeparatis mercurii.*

Ex his antecedentibus sis intelleximus magni in salivatione momenti esse mercurium. Fiant ex illo multa praeparata, cum in substantia semper adhiberi nequeat, optimum quoddam praeparatorum mercurius sic digestus dulcis est, qui ex mercurio sublimato & argento viuo componitur. Hoc chemicorum productum a multis pro scopo salivationis adhibendum laudatur, & supra descriptos effectus optime praefat, in humorem salivalem agit, & omne putridum evanescat. Sunt etiam alia mercurii praeparata, e. g. mercurius praecipitatus albus, ut ante mercurius vivus in acido soluitur, & tunc per sal medium praecipitatur, raro tamen pro scopo salivationis adhibetur, sed tantummodo magis externe, tanquam cosmeticum laudatur. Interne est mercurii praecipitari albi usus, vomitorii loco oblatus, non contempnendus, si putridum viscidum in biliarum humore peccat, & hinc in minori dosi efficacissimum praebet auxilium, & sic etiam mercurius praecipitatus viridis qui cum cupro simul

praec-

praecipitatur, in antiquis ulceribus venereis bonus esse iudicatur, neutiquam vero pro scopo saluationis applicari potest; pro scopo vero saluationis multi pauca in dosi mercurium praecipitatum rubrum adhibent, sed hoc minus tutum esse remedium, multis videtur: Extero vero usu non destituitur in forma vnguenti, cum aliis aut alumine usito, in carne fungosa & putrida exedenda & erodenda, valde efficax praebet medicamentum. Nobis etiam aliud securum cognitum est remedium, quod vero a paucis medicis tanquam verum salagogum laudatur, quia viribus saluum excernentibus destitutum esse multi credunt. Est vero illud aethiops mineralis dictus, qui ope sulphuris cum argento viro conficitur, & aggregatum chemicis dictum sicut. Hinc multi ob sulphuris coniubium, et si magna dosi sumatur, nihil praestare posse credunt. Est vero ante omnia ad naturam huius praeparati & deinde ad corpus, cui adplicatur respiendum. Verum est, si rigidis corporibus applicatur, magna in dosi, eum nihil praestare, sed in relaxatis parca dosi saluationem concitare, & ibi etiam tutissimum esse remedium, experientia docuit. Vis mercurii in hoc aethiope mitior & valde temperata est, quia aggregatum cum sulphure constituit. Sulphur minus vero cum mercurio in hoc praeparato cohaeret. Si e contrario ex hoc aethiope cinnabris arte paratur, tunc nulla obseruatur saluatio, quia magis mercurius cum sulphure in veram coniunctionem abiit. Hinc usus aethiopis mineralis haud contemnendus est, dum in omnibus suis viribus cum mercurio conuenit & tutissimum remedium in illis subiectis praebet, in quibus mercurii actionem nimis celarem & efficacem fore colligimus. Hinc praecipue in dispositis saluationem optime perficit, si saepius parca & repetita dosi propinetur. Non est itaque ut dubitemus de effectu huius praeparati, immo saepissime meliorem usum ob sulphur cum sale mercuriali congregatum habet. Si igitur cum putredine muriaticum salsum simul peccat, quod in certis morbis venereis enire solet, aethiops mineralis usum fore satis praestabilem iudico, quia duplēm hac occasione, effectum nobis praestandum esse perspicimus. Sulphur muri-

atico

atico falso resistit, & hoc ad excretionem disponit, mercurius vero putridum viscidum & amoniacale sulphureum mutat. Illi qui de vi in eo salivationem excitante dubitant, chemicis rationibus veris destituuntur. Verum enim vero certum est, salivationem & vim mercurii, sulphuris vsu interdum contineri quia sulphur adeo mercurio oppositas vires habet; sed si oppositae caussae adsum, oppositis quoque auxiliorum viribus aliquando opus est: e. g. sulphur rigidis corporibus non conuenit, utique mercurius, sed relaxatis nocet mercurius, & salutaris hisce esse solet sulphuris virtus. Ex haec tenus dictis & aperte probatis aethiops usum in salivatione fatis magnum, & in aliis morbis non minorem esse intelleximus. Cauendum tamen est, si adhibetur aethiops mineralis, ne infantibus nimis tutum esse remedium in epilepsia existimemus, si enim laxitatem systematis nervosi iam fatis in infantibus magnam increscere facit mercurius sulphuri iunctus, & inconsiderate exhibitus, tunc alias saepissime malignas chronicas passiones excitat.

### §. XVIII.

#### *De subiecto et Fine Salivationis.*

Tandem omnibus his pertractatis, quae ad ipsam euacuationem salivae pertinent, cognita primum fana salivae indole, eiusque usu, deinde generaliter morbis consideratis et remediosis, quae illos tollunt, selectis, ad ipsam applicationem progrediamur. Priusquam vero haec faciamus, de subiecto in quo salivatio fieri potest, dicamus. In virtutis lymphae ubi corruptio per acrimoniam quandam amoniacalem arque sulphuream aut per miasma quoddam putridum, et viscidum quod systemati lymphatico inhaeret, facta est, si validum in solidis fibris robur viger, et si miasma ita malignum, et huius copia tanta est, ut facile secedere a sanis partibus nequear, euacuationem mercurii usu innare expedit. Propositum therapeuta semper subiecto, in quo morbus est, respondeat; hoc igitur in eo consistit, ut miasma muremus, et euacuemus, et nifus qui ad sanitatem requiruntur corpori rursus conciliemus. His omnibus bene perspectis subiectum quam maxime in

con-

considerationem trahamus et illud praeparemus, victimum caussae morbi adaptatum indicemus, necesse est, ut artis propositum obtineamus. His omnibus recte definitis quaedam quoque de tempore, quo saliuatio sit instituenda, adiiciam.

## §. XIX.

*De tempore, quo saliuatio optime institui potest.*

Sub aquabili circuitu humorum, sub temperata diaphoresi, nec copiosa diuresi aut alii evacuatione saliuationem optime succedere iam supra dictum fuit. Ad haec legibus artis conuenienter perficienda, ipsa diaeta et praecipue res sex non naturales attendi merentur. His enim neglectis, aut incepit adipicatis, in periculo verfatur aeger. Ea consideratione primum occupat locum aëris, nam mutata aëris crasis atque temperie, ipse aegroti habitus mutetur necesse est, quia perpetuam eius in corpus animale actionem nos dōcer experientia. Maximi itaque mutationem aëris momenti esse existimo, hinc ut aëris crasis neque frigida sit, neque nimis calida, medicus esto sollicitus. Si quis igitur saliuationem aestiuo tempore sub nimis aestuante coelo institueret, is perspirationem nimis augendi occasionem preeberet. In hyeme vero exspiratio cutanea valde foret impedita. Hinc aëris quamcumque excedentem crasis minus conuenientem esse saliuanti facile intelligimus, quia ad transpirationem facilitandam acquabiles requiruntur nisus. Hinc magis coeli temperies huic curationi fauer, vbi nec calor nec frigus aegrotantis corpus affligunt, et ita videmus, in vere et autumno saliuationem expedita succedere, si crasis aëris temperata persistit; hoc vero non semper accidere et temperiem exoptaram durare nullus ibit inficias. Licet igitur nonnunquam aliis quoque temporibus felici successu instituatur, magis tamen consultum foret, si aëre temperato saliuatio et per mercurium curatio fieret. Quod si igitur exoperta aëris tempestas in saliuatione medicum non sustineret, diaeteticis tamen et phamaceuticis auxiliis, aegroti rebus quantum licet consulere debet.

D

§. XX.

## §. XX.

*De Diaeta in Salivatione.*

Cibus, aegroti sit modicus atque *evanescens*. Qualia sunt esculentae remata, carnes bonae notae, iuscula magis fluida, quam ad solidi naturam proprius accendentia, oua ad mollitatem cocta. Durus vietus, tenacioris cohaesione carnes nec quidem ab aegrotate assumi nec a medico possunt suaderi. Fugiat praeterea aegrotus omnes vicissitudines aeris, et in universum omnes violentas et subitanas mutationes, quae semper motum aequabilem turbant, alias salivae fluxus aut supprimunt, aut magis auctus vires aegrotantis conuelliunt. Hinc medio *ututissimus* sibis! Lectulo incubat et in aere puro, calore artificiali conclave non nimis rarefacto, versetur aeger, multo minus calenti corpori frigus adplicet. Ad indicationem vitalem semper, si magna copia excretiones fieri debent, respiciendum est, ut vires vitae conseruentur, per iuscula auenacea ex hordeo parata coherciamis nobilissima, viresque restituamus amissas. In potu eandem rationem seruet aegrotus, cereuisia bonae notae, tenuis, lac cereuisiatum et in universum alimenta sint temperiei accommodanda. Melancholicis, si morbo affliguntur, qui fluxu salivae curari debet, iuscula ex farinaceis omni ure studenda sunt, et potus cereuisiae tenuis parca in copia iis concedendus est. Noxent spirituosa quae exsiccant, et lymphae profluuum copiosum impediunt. Hinc decocta ex blandis et lactescientibus radicibus parata magna saepe copia haurienda, necessarium usum habent. Euitentur omnia acria aromatica, animi motibus frena pro rei ratione injicere fas est, cum in fano corpore mentis perturbationes vires magnopere destruant, nedum in aegroto. Pathemata animi perspirationem aut supprimere aut augere solent, secundum illud Sanctorii Sanctorini effatum, qui rationem in motu minus aequabili consulto posuit.

## §. XXI.

*De corpore aegroti ad salivationem rite praeparando.*

Dum ad ipsam indicationem curatoriam accedit medicus; respicit ad subiectum suum, ad causas occasioales, praedisponentes, et proximam morbi

morbi atque symptomata quae ab illa dependent, et his omnibus probe per-  
 pensis ad indicationem progreditur. Quodsi plethora adesse, venae sectio-  
 nem improbare non possumus, magis vero haec necessaria esse videtur, si  
 nimius quidam sanguinis in partes impetus est coercendus et imminuendus,  
 vt transpiratio temperata conserueretur, et stagnatio in minimis praecaueatur.  
 Ad ipsam simil indolem sanguinis respiciat medicus, acrimonias reddere de-  
 ber mobiles, et quam maxime elasticitatem vitalem solidarum partium tueri.  
 Si sub saliuæ fluxu haemoprysia accederet, tuto semper continuari mer-  
 curialium usus neutiquam posset. Primarii viarum potissimum rationem ha-  
 beat medicus. Si cruditates primis viis inhaerent, si putrida, falsa, acida,  
 rancido oleosa laburra canalem alimentorum irritat, et inde minus aequabi-  
 les motus orientur; vt igitur aptis aerea euacuantibus adhibitis eliminetur  
 illa, prudens medicus sollicitus esto. Pro morbi et subiectorum ratione  
 eligi possunt euacuantia *æwo nai nari* agentia, si rancidum oleosum et visci-  
 dum mucosum ventriculo continetur, tartari emeticæ usus reliquis praefstar,  
 et sulphuris aurati primæ precipitationis vis in mutando viscidio fasso per-  
 eximia est. Putridum viscidum et simul rodens acre, puluis radicis Ipec-  
 auianæ exsoluit. Cum vero in omnibus morbis excretionum habenda sit  
 ratio, eo magis hoc loco excretio altina attendenda erit, ne postea nifus  
 salivationi contrariae a materiae peccantis in primis viis stimulo proficiantur.  
 Hinc in principio leniora purgantia, et pro rei ratione vomitoria feligenda,  
 quae indoli morbi opposita conueniunt, et opportuna sunt. Tali modo cor-  
 pus praeparatur ad assumenda sialagoga, si medicus in secundis et primis  
 viis praedisponentes corrigit, et occasioales simul auertit, e. g. abusum ve-  
 neris, qui magnum infest detimentum corpori, et magno esse impedimen-  
 to solet, si vires neruorum et internorum sensuum restaurare medico pro-  
 possum est. Horum enim debilitas contra mercurii usum semper indicat.  
 His itaque pertraetatis quae ad praeparandum corpus attinent, nunc ipsam  
 methodum adPLICANDI mercurii expendam.

## §. XXII.

*De methodo applicandi varia.*

Variae sunt applicandi mercurium rationes. Sunt qui per vapores illum partibus admouere solent. Ast vero sub halitus forma neruis et minimis vasis inferri virus cum impetu solet, vr inde atrocissimi neruorum morbi saepe nascantur in relaxatis et imbecillis corporibus. Cum igitur minus ruta haec mercurium adhibendi ratio quibusdam videretur, alii inunctionem proposuerunt quae vnguento neapolitano dicto optime perfici posset; particulae enim mercuriales hoc modo satis diuisae continuo humores penetrant, et eo deducuntur, vbi praecipuam exerere debent actionem. Applicatio in carpo manus articulis glandulis subaxillaribus optime succedit. Etiamsi mercurii hac ratione partibus admoti efficacitas magna fatisque esse soleat expedita, tamen non unus idemque effectus eodem temporis interquallo sequi potest, nam a minima dosi aliquando maximus, a maxima e contrario mercurii copia vix euidens (saltē salivationis intuitu) obseruatur actio. In relaxatis corporibus salivationis effectus multo facilior est quam in rigidis. Hinc accelerata nimis per ductus salivales excretio indicat parca in dosi adhibendum esse mercurium. In rigido vero salivatio non tam celeri modo succedit, vnde maiorem mercurii copiam, aegrotum ferre colligimus. In iis corporibus quae dum viribus valent, spem medicorum neutquam frustrantur, mercurius nec tarde nimis, nec subito intra quinque dierum spatium forte salivam excernendam solet expedire. Ptyalistus quoque vīū interno mercurii dulcis aut interdum aethiopis mineralis reperita dosi adhibiti, posset promoueri. Immo recentiorum multi mercurium ita adplicant, vt quicquid a mercurio mobile redditum et in lymphaticis humoribus mutatum fuit, non ad salivae glandulas deferri permittrant, sed potius ad canalem intestinorum statim duci et per alium vna cum mercurio euacuari malint. Adeoque cum adplicato mercurio vīsum fortiorum purgantium coniungant. Verum enim vero si primae viae non anteā iam a morbis praegressis fuerunt debilitatae, si miasma putridum non solum lymphae inhae-

ret,

ret, sed quoque si a putrido viscido ipsi liquores digerentes, neutiquam vero ab acri salso rodente humore corrupti sunt, tunc tantum noua haec methodus rationi conueniens est. Si vero aliae in primis viis debilitatis cauæ sunt, tunc ab hac methodo in liquoribus digerentibus in glandulis intestinorum, in nervis ipsis primarum viarum via relinquantur, quae novae tantum et prorsus oppositae curationi per meruina et martialia medicamenta actuosa cedunt. Sed quocunque modo haec se habeant, si mercurii dulcis aut alijs praeparati mercurialis usum internum saliuatio neutiquam impediti debet, apto regimine opus est; a neglecto regimine saepe quoque nimia saliuatio est; et noxae quae exspirationi cutaneae subito cohibitæ debentur insignes sunt. Et seruato quoque accurato regimine alia nihilo secundis, symptomata accedunt, gingivæ intumescent, exulceratione oris effectu falsæ rodentisque acrimoniae aegroti grauantur. Siccitate cum putrido tenaci viscido coniuncta affliguntur. Hisce omnibus opponere soleo herbas capillares, radices lactescentes, passulas minores, mel, aquam mulsum, decoctum liquoritiae &c. Aegrotq simul quoque autor suasorque sum, ut frequentius eluat os, et cauitatem oris a rodente et putrido confluentem liberet. Salivationis effectus impeditior est, vbi alia symptomata accedunt, sic saepius diarrhoea oritur, quae cum torminibus ventris eueniens solet, et salivationem difficultorem reddit. Haec blandis roborantibus adhibitis vel esse ex parte definit, vel dum critica euacuatio aliquando subest, tolerare eandem ad tempus expedit. Si vero dysenteria ipsa superueniens in primis viis exulcerationem faceret, leniora opiate in usum trahenda sunt. Potissimum vero non omni ex parte opprimenda est aliuna excretio, sed caute sustinenda, præcipue in rigidis corporibus, et vbi glutinosi et putridi viscidi copia est. A plane cessante hac excretione saepe salivæ fluxus nimius est. Indusiorum muratio, animus compositus, renouatio aëris huiusque salubrioris inspiratio valde reficere debile corpus solent.

*De aliis remediis ad salivam pertinentibus.*

Quoniam vero ob via lymphae, salivatio ut plurimum instituitur, alius simul remedium adiungetur, boni a malo, puri ab impuro separatio. In rigidis v. g. corporibus ea medicamenta, quae putredini resistunt et rigorem minuant, mobilitatem humoribus restituunt, valde sunt opportuna, resolutio tanta, rad. polypodii. Herba melissae, parietariae, rad. dictamni albi, rad. Salsaparillae, quae radices vires simul alexipharmacas possident, putredini recte opponuntur, rigori resistunt, et simul quoque acido rodentii oppositas vires possident, quare usus eorumdem valde salutaris erit. Relaxato corpori, cuius praecipuum est signum si celeri modo una vel altera inundatione ptyalismus oritur, alia suadenda sunt remedia, quae laxitati contraria sunt et roborandi vim obtinuerunt. In horum numero sunt aliae radices. e. g. Chineae ponderosae, bardanae, scorzonerae rad. scrophulariae, angelicae, leuisticci, quae optimo cum successu applicantur, si aethiops mineralis salivationem excitauit et sustinuit.

*§. XXIV.**De nimio fluxu salivae fistendo.*

Cum pluribus iam ostenderim curationem lymphae corruptae caute et prudenti praeparatorum mercurialium usu absoluendam, necessario requiriatur, vt etiam de nimio fluxu fistendo quaedam aperre indicem. Laudantur quibusdam opiat, sed haec minus apposite conuenire proxima nimii fluxus causa probe perspecta docet. Nimia humorum mobilitas, roborantium et per alium euacuantium usu potius esse continenda videtur, opiate motus quidem compescunt, et sensus minuant, sed obstructionibus simul ansam praebent, rhabarbarina vero, folia sennae, Cassia catartica, tamarindorum fructes, si in sufficienti copia sumuntur, fluentis salivae impetum coercent, roborante et aperiente vi simul agunt. Fortiora per alium euacuantia: resina Ialappae, extractum colocynthidis, fumariae, mastix in forma pillularum non solum valentius deriuare humores sed quoque partes fo-

lidias

lidias roborare solent, cum, perdurante saliuatione, insignis virium copia dissipetur, et haec, finita illa, nutrita et roborante vietu erit restituenda.

§. XXV.

*De roborantibus post saliuationem.*

Post saliuationem partes ita solent esse labefactatae, ut debilitas in toto corpore percipiatur, qua propter vires recomalescenti addamus necesse est. Optima remedia ea sunt, quae singulari modo fibras solidas roborant, et deinde humorum iacturae succurrunt. Si igitur putredo mutata fuit in lymphaticis humoribus, optime roborantibus, et simul soluente et aperiente vi praeditis medicamentis et alimentis opem feramus necesse est. Ferrum eiusque limatura in acido vegetabili soluta optimum praebet roborante simulque aperiente vi praeditum medicamentum. Motus quoque muscularis fibras solidas densas, et si blandus est, roborat. Haec cum ita sint, saliuationis in multis morbis, de quibus supra dictum fuit, usum magnum et necessarium esse indicamus. Generalis circa hanc indicatio est, ut corrigatur lympha, et a corruptione liberetur, ut simul tenaces et glutinosi humores soluantur, et soluti a sanis discedant. Maxime definitos usus, quos in variis morbis e. g. variolis amaurosi et secundum obseruatorum in plurimis systematis sero lymphatici morbis saliuae fluxus habet, pluribus dicere vltra absito, cum haec quae tantum exercitationis academicae caussa, sine via-

la interposita mora scribenda erant, me, in leuiter modo et pressius  
veritati conuenienter, et non sine fructu dictis, acquies-  
cere in praesenti cogunt.

T A N T V M.

E R R A T A .

pag. 13. l. 16. enuenare leg. evanescere.

- 21. l. 28. illam leg. illum.

PRAENOBILISSIMO, DOCTISSIMOQUE

C A N D I D A T O

S.

P R A E S E S.

**R**eddo **TIBI** hanc, quam mili perl glandam tradidisti, doce a **TE** elaboratam dissertationem, redolaque immutata in et nulla mea opera interpolatam, ut scilicet eo facilius de **TVA**, acquisita in arte medica, doctrina indicari queat, atque et luculentius documentum exstet, **TE** tempus, scientiae nostrae addiscendae in celeberrima Academia Lipsiensi impensum, ita collocasse, ut illius **TE** numquam poruineret posset. Ordini etiam nostro **TVAM** haud vulgarem cognitionem medicam demonstrasti, quum, Lipsiae valedicens, nostram adires Fredericianam, aquae Medicorum ordine humaniter peteres, ut summi **TIBI** in Medicina honores conferrentur. Admissus enim tunc ad sollemnia examina, non leuem prodiisti eruditioinem, tamquam **TE** in vitroque examine praefitissimi **Virum**, ut Celeberrimorum **TVORVM PRAECEPTORVM** dignus videreris discipulus. Egregiae huic **TVAE** scientiae cum humanitas morumque suauitas et integritas adhuc accendant: precibus **TVIS** non potuit Ordo noster deesse, sed summos **TIBI** in arte nostra honores decrevit. Quibus ego **TE** nunc exornabo, defenso et propugnato a **TE** Specimine horce **TVO**, quod cum orbe eruditio communicasti, inaugurali, quod cum laude te facturum, non spero tantum, sed et confido. Gratulor **TIBI** hoc **TVI** honoris incrementum, Doctissime DOMINE CANDIDATE, optoque, ut omnium **TVORVM** conaminum euentus faysissimi sunt atque **TIBI**, patriae, proximo et orbi litterario saluberrimi. Ita vale, meque, cuius commoda **TVA** promouendi studium numquam desiderabis, amar. Dab. e Museo  
d. XXIII. Iussi c. Is aLXIII.

00 A 6283



SL

Ratko ✓

DIS  
PAJ  
VOL

B.I.G.  
Black



DE

NATVRA ET MORBIS  
SALIVAE  
EIVSQVE NECESSARIA EXCRETIONE  
RITE PROMOVENDA.

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS CONSENSV

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
DOMINO

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.

ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL. NEC NON REGIAR.  
BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALI,

PRO

G R A D V D O C T O R I S

SOLENNITER CONSEQVENDO

DIE XXIII. IVLII CI<sup>o</sup> CI<sup>o</sup>CC LXIII.

PVBLINE DISPVTABIT

AVCTOR

CAROLVS LEBRECHT SCHEFFLERVS

GELENAV. MISNICVS.

HALAE AD SALAM AERE BEYERIANO.

